



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

315. An Regulares accedentes, & colloquentes cum Monialibus exemptis  
incedant in censura[m] latam Episcopo? Et quid, si accedant ad  
colloquendum cum non exemptis, sed subjectis dictionis ordinariæ ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

# De Dubiis Regularium. Ref. CCCXIV. 219

Breviarij, sed in ordine ad finem legis, & mentem Legislatoris, qui voluit ut in diebus ieiuniorum, & per consequens orationi consecratiss, à colloquis Monialium abstineatur. Vnde dicitur, quod ratio legis, magis quam verba spectanda sunt, ex leg. Scire. s. Aliud f. de ex us, tuor, & docet Parisius consil. 1. 2. n. 52. l. 2. Baldus consil. 44. l. 2. Alexander consil. 54. n. 9. l. 4. & alij. Ideo ego Dominos Episcopos admonerē, ne in die mercenarii Temporum similem licentiam praaberent.

4. Nota tamen, quod P. Pellizarius tract. de Monial. c. 10. f. 1. n. 20. tenet, per probationem factam à Sacra Congregatione, ne Regulares abique expressa licentia eiudem Sacrae Congr. accedant ad Monasteria quarumcumque Monialium, non tolli, quin sine licentia predicta possit Religiosus accedere ad dicta Monasteria causa tractandi cum aliqua femina seculari ibi degente, & quidem etiam de negotio profano: & tellatur ita practicatum fuisse, de licentia tamen Ordinationis subdit tamen: *Nisi obstat stylus Curia, & consuetudo.*

## RESOL. CCCXIV.

An Regulares accedentes ad Monasteria Monialium abique Episcopi licentia incident in excommunicationem, quam Episcopi proposuit, contra tales?

Et an in tali casu secluso scandalo: non peccare mortali-

ter? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 103.

In §. 1. Negatiū respondet, quia ferē omnes Religiones habent priuilegium, vt non possint excommunicari ab Episcopis, & ideo hanc sententiam doct. Rodriq. tom. 1. q. 45. art. 2. & alij cum P. Suar. de Relig. tom. 4. tr. 1. l. 1. c. 10. v. 27. vbi afferit sic declarasse. Cardinalium Congregationem, sub die 9. Aprilis 1587. in hac verba, Regulares accedentes ad Monasteria Monialium sine licentia Episcopi, incident in penā excommunicationis, quam Episcopus suo edito proposuit, nisi Regulares illi haberent ex priuilegio, quod non possint excommunicari, & tunc debarent puniri a suis Superioribus alia pœna. Ita Sacra Congregatio. Imò secluso scandalo, in tali casu Regulares non peccare mortaliter, docet nouissimè Merolla in disp. Theol. tom. 1. disp. 1. c. 2. diff. 7. n. 6. 14.

## RESOL. CCCXV.

An Regulares accidentes, & colloquentes cum Monialibus exemptis incident in excommunicationem latam ab Episcopo?

Et quid si accedant ad colloquendura cum non exemptis,

sed subiectis dictiori ordinarii Episcopi?

Idem est dicendum in viroque casu de peregrinis, quod non incurvant in censuram latam ab Episcopo contra colloquentes, vel accidentes ad Monasteria Monialium sibi subiectarum; scimus vero si excommunicationem pronuntiant contra accidentes, & colloquentes cum Monialibus exemptis, quia in isto casu incurvunt etiā peregrini. Ex p. 10. tr. 14. & Mil. 4. Ref. 55. alias 53.

In §. 1. Negatiū responderet Merolla, tom. 1. disp. 1. c. 1. n. 61. vbi sic ait: Id autem quod diximus, excommunicationem scilicet latam ab Episcopo contra colloquentes cum Monialibus, non comprehendere Religiosos exemptos, limitat Graffius l. 4. de i. p. 1. c. 6. n. 1. nisi Episcopus feret hanc Excommunicationem auctoritate Apostolica: tunc enim vult, etiam Religiosos exemptos comprehendere. Ad quod probandum allegat Concilium Tridentinum sess. 25. c. 5. de Reg. incip. Bonifacij Octavi. Cæterum non videtur, quomodo hic Author, ex eo loco Concilij colligat, at Auctoratem Apostolicam in re de qua loquimur, tribui ibi Episcopis saltem respectu Monasteriorum monialium non

exemptarum ab eorum iurisdictione. Nam Tridentinum in loco allegato, tantum renuat Constitutionem Bonifacij VIII. quæ habetur in cap. Periculoso §. vlt. de stat. Regul. l. 6. præcipiens Episcopis ut in omnibus Monasteriis sibi subiectis, ordinaria, in aliis vero Sedis Apostolicae auctoritate, Clasuram monialium, vbi violata fuerit, diligenter restitu. & vbi iniolata est, conseruari procul, inobedientes per Censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas competentes. Vnde si Episcopos non habet specialem auctoritatem à Sede Apostolica contra Religiosos, non poterit eos excommunicare, vel statutis suis obligare, vt cum monialibus, saltem sibi subiectis, non loquantur; nam Concilium Tridentinum non facit eum delegatum Apostolicum nisi quoad Monasteria Monialium exempta ab eius iurisdictione. Et hæc omnia docet Merolla respectu Monasteriorum monialium exemplarum, licet contrarium alterat Duardus in Bull. Cœna l. 1. c. 1. q. 3. n. 1. 19. existimat enim Episcopos auctoritate Apostolica sibi concessa à Tridentino posse excommunicare, seu prohibere sub pœna excommunicationis latam sententie etiam Religiosos, re cum Monialibus exceptis loquantur; sed hanc sententiam non esse vetam putat Merolla; quia Tridentinum solum dat limitatam potestatem Episcopis super Monasteria Monialium exempta; ut scilicet possint in eis Clasuram indicere, & conseruare illam, ac inobedientes punire. Ex quo tantum sequitur, posse excommunicare violantes hanc Clasuram. At vero, quod auctoritate Apostolica excommunicare possint etiam Religiosos exceptos loquentes cum his Monialibus, sibi eis non conceditur. Accedit, quod contrarium videtur aperte colligi, ex c. periculoso. §. vlt. de stat. Reg. in 6. quod Tridentinum fatur, se velle innovare. Vbi dicit Pontifex, se non intendere per id, dare aliam iurisdictionem, vel potestatem supra Monasteria exempta.

2. Sed his non obstantibus, in favorem nostri Patris Duardi contra Merollam nouissimè insurgit Ioseph de Januari. de Casib. refol. 34. n. 19. Tamen ex Concilio Trid. sess. 25. c. 5. de Reg. incip. Bonifacij Octavi, quæ habetur in cap. Periculoso §. vlt. de stat. Reg. in 6. Nibi ibi Episcopi deputatus vii delegati à sede Apostolica in ordine ad Monasteria Monialium in exempta ab eorum iurisdictione, intra tamen suam Diocesis quoad restitutionem Clasuræ, si violata fuerit, & vbi Clasura, iniolata est in ordine ad eius conseruationem. Clasuræ Monialium spectat accessus ad locum eidem cum ipsis Monialibus, aliter enim Clasura nulla est. Nec obstat id quod si pra assertur Merolla, quia bene colligitur ex verbis Concilii; quod possint excommunicare Regulares colloquentes cum Monialibus exceptis: Nam prohibito locutionis spectat ad conseruationem Clasuræ, Clasura enim cum libertate loquendi, non est Clasura Monialium, sed carcer, & est omnino fructuaria & vana. Si ergo Episcopi sicut delegati ad finem, qui est clausura, erunt etiam delegati ad finem, qui est locutio &c. Nec etiam obstat dicere cum Merolla, quod Sacra Congregatio in Decreto determinat tantum, quod Constitutio Greg. XV. comprehendet tantum Regulares delinquentes cum Monialibus contra Constitutionem Sixti V. & sic ordinarius Episcopus potest punire tanquam delegatus Papæ Religiosos, qui contra dictam Constitutionem Sixti V. deliquerunt. Quia contra est: nam ibi constitutio non solum dat facultatem Episcopis ad puniendum delinquentes Regulares, sed etiam ad coercendos ipsos per delegationem Papalem ipsis Episcopis tributam; sed coercere, est prohibere, seu restinguere, quæ restitutio, & cohibitio fit etiam per excommunicationem: & cum Episcopos agat in hoc tanquam delegatus Apostolicus, poterit ipsos Regulares per excommunicationem

nem restringere & cohibere in ordine ad ipsos restringendos, ne accedant ad colloquendum ad Monasteria Monialium cum Monialibus, quantumvis exemptis. Nec etiam obstat cum eodem Merolla, quod sequeretur Episcopos tanquam delegatos Apostolicos posse (hac sunt verba Merolla) id prohibere Regularibus, etiam respectu monasteriorum monialium ipsis Episcopis subiectarum; quia constitutio Gregorij XV. indistincte loquitur de monasteriis Monialium ut clare patet. Hac Merolla ibi. Quia contra est: nam Constitutio loquitur tantum de Monasteriis exemptis, dum dicit, An Regularia absque legitima licentia accedens ad monasteria Monialium Regularibus subiectarum, &c. Monasteria enim subiecta Regularibus sunt a iurisdictione Episcopi exempta: ergo constitutio Gregorij XV. non loquitur indistincte, sed determinate de Monasteriis exemptis tantum, & non de aliis Episcopo subiectis. Remanet igitur nostrum notabile firmum; quod feliciter Regulares accedentes ad monasteria exempta ad colloquendum cum Monialibus incident in hanc excommunicacionem; Regulares vero accedentes ad Monasteria non exempta, sed subiecta dicti ordinariae Episcopi, non incident in hanc nostram excommunicationem. Adeo & alia declaratio Cardinalium super Tridentinum p. 4. fol. 422. relata à Fagundez 1. Ecclesie praepo. l. 1. c. 7. n. 1 o. in fine, his verbis, Regulares adeentes Monasteria Monialium sine licentia Episcopi incident in penam excommunicationis, quam Episcopus sub edito proposuit; sic Congregatio Cardinalium super Tridentinum censuit 9. Aprilis 1587. Hucque Pater Ianuarius, cui addo, praeceptor Doctores ab ipso citatos Riccius in Praxi, tom. 2. resol. 181. Peyrinum, de Privil. Monum. Confit. 7. Pij V. quæst. 15. num. 37. Cöpedes, tr. de Exem. Regul. cap. 23. q. 336. num. 2. quibus videtur etiam accedere. Squillante de Privil. Episcop. para. cap. 1. 3. num. 14.

3. Notandum est hic obiter, quod licet probabiliter olim diximus, quod Peregrini non incident in quæ nunc in Censuram Episcopi colloquentes cum Monialibus, uenient in etiam in eorum Diœcesis adesset etiam eadem Centuria, tamen hoc procedit quoad Moniales Episcopo Ref. 84. in § Nota quinto, subiectas, nam quoad Moniales exemptas contrarium dicendum est; nam in tali casu Episcopis & in alio § procedit in ordine ad Claustrum, & consequenter ad eius not. Et locutionem est delegatus Episcopus Summi Pontificis, sicut supra diximus de Regularibus, & ita tenet in tom. 5. tr. 1.

Ref. 87. §.  
Nota quinto,  
in principio  
& in alio §.  
not. 1. dicti §.

### RESOL. CCCXVI.

An Episcopus possit visitare in ordine ad clausuram Monasteria Monialium Regularibus subiecta? Ex p. 1. tr. 2. & Misc. 2 Ref. 15.

§. 1. Negatuum sententiam tenet Bruno de priuileg. Regular. part. 1. tract. 2. cap. 2. propos. 4. Et putat constare hanc veritatem ex capit. periculofo. de statu Regular. in 6. vbi Monasteria Episcopo, & Sedi Apostolicae immediate subiecta, à Monasteriis Praelatis Regularibus subiectis distinguunt, & de his sic pronunticant, Abbes vero, & alii, tam exempti, quam non exempti Praelati Ecclesiastrium, Monasteriorum, & Ordinum quorūcumque in Monasteriis huiusmodi sibi subiectis, de clausuram convenientem, vbi non est prouidere procent. Nec Tridentini decretum capit. 5. sess. 25. de Regulari aliud operatur, quām confirmare constitutiōem Bonifacij VIII. illius capit. periculofo: nam decretum innovans iuxta terminos Constitutionis innovata est intelligendum, vt diximus in tractatu de priuilegiis in communī, & iuxta

Nauar. de Datis, & promissi, notab. 3. in num. 6. Quid similiter etiam dicendum est de Constitutionibus Pj. V. Quæ incipiunt, Circa pastoralis, & Deori. & hanc statu.

2. Nec obiciendum, T. identinum generaliter loqui, non distinguendo de Monasteriis immediate subiectis Sedi Apostolicae, & de aliis Praelatis Regularibus subiectis: nam quamvis id ita sit, redendum non est à Constitutione antiqua: nisi quatenus per nouam reperitur contrarium; vt habetur in iure ciuili lib. præcipimus, de Appellatione & capit. 1. de Constitutione, in 6. At in dicto capit. periculofo, sat exprimitur differentia, vt in principio huius propositionis notatum est: illa enim, quæ immediate Sedi Apostolicae, vel Episcopo subduntur quod hunc actum clausura, Episcopo subiecti: reliqua vero Monialium Monasteria suis Praelatis ordinariis. Atque haec responsio corroboratur ex fine proxime dicti cap. Periculof., vbi habetur; per hoc autem in Monasteriis exemptis Ordinariis locorum nullam sibi credant iurisdictionem, vel potest. tem aliquatenus attributum. Ergo ex Constitutione huiusmodi nullam habet Episcopus facultatem quoad clausuram in dicta Monasteria exempta, alioquin haberet aliquam iurisdictionem, & potestatem in illa. Sic tenet Miranda in tractatu de Sacris Monialibus, questione 2. art. 14. concl. 3. & alij.

3. Ex quibus sequitur, non posse Episcopum ingredi Monialium Monasteria, vt videat si violata est clausura, nec se intromittere ad illam reparandam, si violata est: nisi in casu, in quo monitus ab ipso Praelatis Monasteriorum, inibus clausura violata est, nollet illam reparare; tunc enim vbi Tridentini est receptum, id posset tamquam Sedis Apostolicae delegatus. Ita Bruno, & alij cum ipso, vt vide est apud Barbosam, & Garziam ubi infra.

4. Sed ego affirmativo sententia adhuc cum Doctoribus quos ad satietatem adducit Barbola de me Ecclesiastico lib. 1. cap. 43. n. 146. quibus addicte Garziam in Politiâ Regulari tom. 1. tr. 8. difficult. 3. dub. 2. num. 15. Et ideo posse Episcopos, eorumque Vicarios sufficiens ad id habentes mandatum pro clausura visitatione, ingredi septa Monasteriorum Monialium Regularibus subiectarum, semoti etiam violata clausura suspicione, ac quacumque superiorum Regularium negligencia, censuit S. Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præposito, in hac verba, prætentibus aliquibus Ciuitatis, ac Diœcesis Turritana, Archiepiscopum circa clausuram Monasteria Monialium Regularibus subiectarum visitare non posse, & hoc sub pretexto, quod ab eisdem Archiepiscopis prædecessoribus nunquam visitata fuisse; Illustrissimi eiusdem Sacrae Congreg. Parres, Illustriss. Lancelloto referente, prædicto Archiepiscopo litteras dari voluerunt, ipsum non posse, nec debere omittere, quin clausuram Monasteriorum Monialium eius Ciuitatis, & Diœcesis Regularium curæ suppositorum, quotuscunq[ue] opus esse dignouerit, visitet, sub Data 24. Novembri 1617.

5. Et ita optimè Episcopo Sperello respondit eadem Sacra Congregatio, vt patet in eius dicti 97. num. 27. vbi sic ait, Verum quia item Prior, cui Roderici doctrina valde applaudebat, meis rationibus non acquisiebat: ego ob meam eximiam in dictam Religionem reverentiam, nihil per vim tentare volui, sed Sacram Congregationem consolui, ac favorabilem reportavi resolutionem, quem vna cum meo supplici libello hic impræsentem tenoris sequentis.

6. Eminentissimi,